Quelle:
Copyright:



Cod: CXLI.

Chartac: 4. Soec: 14. A 7.1.

Comentarius in epistolas.

Commentarius in epistolas a dominica Paschatis usque ad ultimam Pentecostes: Compacturae manus coaeva adscripsit: "Expositio Epistolarum pars estivalis." Initium est: "Expurgate vetus fermentum etc. Quia domino largiente." An unius, et cujus sit authoris difficile est dictu; litterarum enim character varius, et quae post codicis medium occurrunt, undequaqs ex plurium authorum commentariis videntur corrasa. Ad oram inferiorem saepius deprehenditur nota annorum 1393 & 95. apposita festis v.g. S. Martini. Exaltat: S. crucis etc. quibus annis procul dubio, dum ad populum diceret, hoc commentario fuerat usus.

Cod. CXLII.

Chartac: 4. Soec: 15. A 7.2.

S. Bernardi Stimulus amoris.

1a-37b

Stimulus amoris S. Bernardi. In codice nostro S. Bernardo tribuitur; inscriptio enim est: "Incipit stimulus amoris S. Bernardi;" sed perperam. Habetur quidem inter opera S. Bernardi edit: Mabill: Paris: Fol: 1719. Vol: II. p: 662. Sermo de vita, et pass: Domini, qui sub titulo: Stimulus amoris S. Anselmo a Trithemio, Bellarmino, et ali-